

sanctimoniâles vocântur, numquid decem sunt? Absit ut tanta virginum multitúdo ad tantum virginum númerum revocetur. Forte autem dicat âliquis : quid si multæ sunt nómine, et tam paucæ sint in veritatē ut vix decem inveniântur? Non ita est. Nam si solas decem intélligi vellet bonas, non ibi ostēderet quinque fátuas. Si enim multæ sunt vírgines quæ vocântur, quare contra quinque óstia domus magnæ claudúntur?

℞. Hæc est Virgo sapiens quam Dóminus vigilântem invénit, quæ accéptis lampádibus sumpsit secum óleum : *Et veniēte Dómino, introívit cum eo ad nuptias. ℣. Média nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite óbviâ ei. — Et.

Lectio viij.

Intelligámus ergo, caríssimi, ad omnes nos, idest ad univérsam omnino Ecclésiâ, pertinere istam parâbolam, non ad solos præpósitos, nec ad solas plebes; sed prorsus ad omnes. Quare ergo quinque et quinque vírgines? Istæ quinque, et quin-

que vírgines omnes omnino sunt animæ Christianórum. Sed ut dicámus vobis, quod Deo inspirante sentímus, non qualescúmque animæ, sed tales animæ quæ habent catholicam fidem et habere vidéntur bona ópera in Ecclésiâ Dei, et tamen ex ipsis quinque sunt prudentes, et quinque fátuæ. Quare ergo appellatæ sunt quinque, et quare vírgines videámus. Omnis anima in corpore ideo quinário númerò censetur, quia quinque sensibus útitur. Nihil est enim quod sentímus ex corpore, nisi jánuâ quinque partita aut vidēdo, aut audiēdo, aut odorādo, aut gustādo, aut tangēdo. Qui ergo se ábstinet ab ilícito visu, ab ilícito auditu, ab ilícito odoratu, ab ilícito gustu, ab ilícito tactu propter ipsam integritatem nomen virginis accipit.

℞. Média nocte clamor factus est : *Ecce sponsus venit, exite óbviâ ei. ℣. Prudentes Vírgines aptatæ vestras lámpades. — Ecce. Glória Patri. Ecce.

Lectio ix. erit S. Agapiti Mart. 740.

Si vero alia die celebrari contingat, erit sequens.

Lectio jr.

SED si bonum est abstinere ab illicitis sentiēdi mótibus, et ideo unaquæque anima christiána virginis nomen accipit, quare quinque admittúntur et quinque repellúntur? Et vírgines sunt, et repellúntur. Parum est, quia vírgines sunt, et lámpades habent. Vírgines propter abstinēntiam ab illicitis sensibus; lámpades habent propter ópera bona; de quibus opéribus Dóminus dicit : Sint lumbi vestri accincti et lucernæ ardentes. In lumbis accinctis virginitas : in lucernis ardētibus, ópera bona. Si ergo ab illicitis abstinēntia bona est, unde virginitas nomen accépit, et ópera bona laudabilia sunt, quæ significántur lampádibus; quare quinque admittúntur, et quinque repellúntur? Adhuc quæro : inténtum me fecit Evangélium sanctum. Etiam ipsas vírgines et ferentes lámpades, álias dixit prudentes, álias stultas. Unde intuémur? Unde discernimus? De óleo. Ali-

quid magnum significat óleum, valde magnum. Putas non caritas est?

Te Deum laudámus. 18.
In Laud. fit Comm. Oct. Assumpt. 725. et S. Agapiti. 740.

DIE XIX. AUGUSTI.

S. Ludovici

Episc. Tolosani et Conf. Duplex.

Omnia de Comm. Conf. Pont. [70] præter seq.

Oratio.

DEus, qui beátum Ludovicum Confessorum tuum atque Pontificem cœlestē regnum terrēno præpónere docuisti, ac puritatē illibátâ, et exímia in páuperes caritatē mirabilem efficere dignátus es : concède nobis famulis tuis, imitári quem cólimus; ut ejúsdem virtutes æmulantes in terris, coronári cum ipso mereámur in cœlis. Per Dóminum.

Commem. Assumpt. 726.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio ib.

LUDOVICUS nobilíssimo génere natus, patrem hábuit Cárolum secúndum, Siciliæ

regem, matrem vero Mariam, Hungariæ regis filiam. Adhuc puer in sortem Dómini vocátus, posthábitis ætátis illius oblectaméntis, divíno se totum cúltoi mancipávit. Décimum quartum agens annum, una cum duóbus frátribus pro genitóris libertáte, in bello naváli a rege Arragóniæ capti, ob ses ductus in Cataláuniam, Barcinóne apud Minóres sancti Francisci fere septénio est commorátus; sub eorúmque disciplina in scientiárum stúdiis, ac sacrárum litterárum comparánda eruditióné eo progréssus est, ut constans fúerit opinio, ipsi pótius fuisse divínitus infúsas, quam humánitus acquisitas. Verum majóri conátu cœlestis magístri doctrína spíritum instrúere anhélans, cilíciis, jejúniis, férreis flagéllis carnem afflíxit. Assídua ínterim evangélicæ veritátis meditatióne contemptibília mundi spérnere edóctus, regális sólii fastum calcáre delibérávit, ac de seráphico amplecténdo institúto, raro humilitátis exémplo, votum emísit.

R. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum : * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei. — Manus.

Lectio ii.

Ecclésiasticæ militiæ ascriptus, et ad sacros ordines deinde promotus, ut quod mente statuerat, opere firmáret, juri primogenituræ renuntiávit et regno : cumque votum, quod Barcinóne voverat, in Monte Pessulano frustra adimplére satágeret, illius cœnóbii frátribus timóre regis patris eum recipere non audéntibus, solémniter illud renovávit. Mox ad Ecclesiam Tolosánam a Bonifácio octávo, quamvis invítus, assumptus, Romámque accersitus, et ab eodem honorífice excéptus, electiõni de se factæ nullatenus se assensurum declarávit, donec votum, quo se obstrínxerat, Deo reddidisset. Quare, annuente Pontífice, hábitu ordinis Minórum, quem semper póstea retinuit, rite suscepto, in mánibus Generális ministri professionem emísit : hisque

peráctis, apostólicis mandátis humíliter obtémperans, Epíscopus Tolosánu passus est se consecrári.

R. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea : * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. — Manus.

Lectio iij.

Tolosam ad illius Ecclesiæ régimen profectus, spirituáli animárum lucro totus incúbuit; utque ministérium apostólicum íntegre ac diligénter impléret, salutáribus mónitis, illibatæque vitæ exémplo peccatóres ad pœniténtiam revocávit, pluresque Judæos atque Gentíles assídua verbi Dei prædicatióne ad orthodoxam fidem convertit. Ecclesiasticam disciplinam ubique in commissa sibi diœcesi promovit, ac restaurávit. Libéralis in páuperes, viginti quinque ex eis quotidie domi áluit. Puritátem usque ad óbitum a puerítia nitidissime custodívit. Humilitátis tandem, caritátis, atque ómnium virtú-

tum ornáméto decórus, in juveníli ætáte Bríncolæ Provinciæ arce ardénti febre corréptus, ad Dómini sui ampléxum, quem in votis semper habúerat, emigrávit. Magnis deinde in Ecclesiá méritis clarum, et miráculis illústrem, inter quæ plures mórtui, ejus intercessiõne ad vitam revocáti, numerántur, Joánnes vigésimus secúndus in Sanctórum númerum rétulit.

R. Iste est. [78]

In iij. Nocturno, Homilia. Ut ignorántiam. **de Comuni ij. loco.** [88]

DIE XXVII. AUGUSTI.

Transverberationis
Cordis S. Teresiæ.
Virginis. Duplex majus.
Omnia de Comuni Vir-
ginum [122] præter seq.
IN I. VESPERIS.

Hymnus.

Regis supérni núntia
Domum patérnam
déseris,
Terris Terésa bárbaris
Christum datúra, aut sán-
guinem.
Sed te manet suávior
Mors, pœna poscit dúl-
cior,
Divini amóris cúspide
In vulnus icta cóncides.

O caritatis victima,
Tu corda nostra concre-
ma,
Tibi que gentes creditas
Averni ab igne libera.
Sit laus Patri cum Filio,
Et Spiritu Paraclito,
Tibi que sancta Trinitas,
Nunc et per omne sæcu-
lum. Amen.

℟. Spécie tua et pulchri-
túdine tua. ℞. Inténde,
próspere procéde, et re-
gna.

Ad Magnif. Aña. Veni
sponsa Christi, áccipe co-
rónam, quam tibi Dómi-
nus præparávit in ætér-
num.

Oratio.

Deus, qui illibáta præ-
córdia beatæ Virgi-
nis Terésia, sponsæ tuæ,
igníto jáculo transfixísti,
et caritatis víctimam con-
secrásti: ipsa interveniént-
te concéde; ut corda no-
stra ardóre sancti Spíri-
tus férveant, et te in óm-
nibus super ómnia díli-
gant. Qui vivis... in uni-
táte ejúsdem.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

Felix dies, qua cándi-
dæ
Instar colúmbæ, Cœlitum
Ad sacra templa spíritus
Se tránstulit Terésia.

Sponsique voces áudiit :
Veni Soror de vértice
Carméli ad Agni nuptias,
Veni ad corónam gló-
riæ.

Te Sponse Jesu Virgi-
num,
Beáti adórent órdenes,
Et nuptiáli cántico
Laudent per omne sæcu-
lum. Amen.

In j. Nocturno, Lectiones.
De virgínibus, de eodem
Communi. [128]

In II. Nocturno.

Ex bulla Canonizat. et ex
ejus vita, cap. xxix.

LECTIO I.

Inter céteras Teré-
sia virtútes, præ-
cipue emicuit di-
léctio Dei, quæ ádeo in
corde ejus exársit, ut con-
fessárii ipsius Terésia
tamquam non hóminis,
sed Chérubim própriam
admiraréntur et celebrá-
rent. Quam étiam Dómi-
nus noster Jesus Christus
multis visiónibus et re-
velatióibus mirabiliter
auxit : quandóque enim
data dextera clavóque
exténso, illam in sponsam
suam adoptávit : atque
his verbis álloqui digná-
tus est : Deinceps ut vera
sponsa meum zelábis ho-

nórem : jam ipse sum to-
tus tuus, et tu tota mea.

℞. Propter veritátem, et
mansuetúdinem, et justi-
tiam : * Et dedúcet te
mirabiliter dextera tua.
℟. Spécie tua et pulchri-
túdine tua, inténde, pró-
spere procéde, et regna.
— Et dedúcet te.

LECTIO II.

Aliquándo étiam An-
gelum vidit igníto já-
culo sibi præcórdia trans-
verberántem : quod ipsa
enarrat his verbis : Vidé-
bam ad sinístram meam
Angelum astántem corpo-
ráli spécie; non erat ma-
gnus, sed parvus, formá-
que pulchérissima, ac vultu
sic accénso et flagránte, ut
viderétur ex suprémis, qui
pénitus exárdent, sive ex
iis, qui Séraphim dicúntur.
Aspiciébam eum in máni-
bus gestáre longum jácu-
lum áureum, et in extré-
mo cúspidis parum ignis :
jáculo autem non semel
cor meum transverberá-
bat usque ad víscera; hæc
vero mihi videbátur secum
asportáre, cum jáculo
edúceret, exindeque me
prorsus relínquere Dei
amóre aestuántem. Erat
quidem tam véhemens
dolor vúlneris, ut

me compélleret in gémi-
tus iterátos prorumpere,
et ádeo excéllens suávi-
tas, quam in me hic dol-
lor intensíssimus éfficit,
quod desiderábile non sit,
ut auferátur, nec animæ
quidquam pláceat, nisi
Deus ipse.

℞. Dilexísti justítiam, et
odísti iniquitátem : * Pro-
ptérea unxit te Deus, Deus
tuus óleo lætitiæ. ℟. Pro-
pter veritátem, et mansue-
túdinem, et justítiam. —
Proptérea.

LECTIO III.

Ex quibus cœlestibus
donis divíni amoris
flamma in ejus corde ádeo
exæstuábat, ut máxime
árduum votum a Deo edó-
cta emiserit, efficiéndi
semper quidquid perfé-
ctius esse, et ad majórem
Dei glóriam pertinére in-
telligeret. Quin étiam post
mortem cuidam moniáli
per visum manifestávit,
se non vi morbi, sed ex
intolerábili divíni amoris
incéndio vita excessisse.

℞. Afferéntur. [133]

In iij. Nocturno, Homil.
Sæpe vos, fratres. de Com-
muni j. loco. [136]

Ad Laudes et in ij. Vesp.
Hymn. Regis supérni. ut
in j. Vesperis. [487]